

proximo conscripsi de ijs quae liquido supernatant, quam materiam scis non ex minimè subtilibus esse. In primo eorum inter caetera ostendi, quomodo, data proportione gravitatis materiae solidae ad gravitatem liquidi, conus ex eâ fieri possit qui vertice demerso liquido supernatans rectus consistat. item quomodo alius reperitur qui rectus stet demersâ basè. Secundus liber est de parallelepipedis natantibus; Tertius de Cylindris. in hoc theorema tale est, quo invento scio me tunc temporis non parum gavifum esse, nimirum, quod Cylindrus in quo quadratum à diametro basis, non minus est quam duplum quadrati lateris, quamcumque rationem habeat ad liquidum in gravitate, liquido supernatans demersâ basè semper rectus consistat, hoc est axe ad liquidum superficiem erecto. Alia non referam, licet habeam id generis plurima: nam neque haec ipsa retulisset, nisi sperassem ijs visis me tibi magis probari posse; Et quum malè oderim eos qui omnia se jactant reperisse, neque cujusquam demonstrationem asserunt, rogo te, ut ne prius haec ulli exhibeas, quam a me edentur, et vera esse comprobantur. Ita rem mihi gratissimam feceris. Vale.

Hagae Comitatis 25 Oct. 1651.

N^o 101.

GREGORIUS A ST. VINCENTIO à CHRISTIAAN HUYGENS.

1 NOVEMBRE 1651^a).

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Elle est la réponse au No. 100. Chr. Huygens y répondit par le No. 102.

GREG. A SANCTO VINCENTIO CLARISSIMO DOMINO D. CHRISTIANO HUGENIO S. D.

E litterarum mearum tenore, genij mej candorem te collegisse, affirmas; vrinam ad affectum. Hortator fuj, et sum ex animo, vt juvenilem aetatem tuam, tuarum lucubrationum diuulgatione cohonestare incipias, ac tuae fortis hominibus, exemplo proprio, author sis, decorae vitae fundamenta ponendi. Argumentum scriptionis tuae, varium est, et amoenum: quodsi staticum differre statuis, per me quidem licet: meo autem consilio, si aliquid tribuis, aut vna cum Geometricis in lucem prodeat, aut etiam prius. pura Geometrica, paucj capiunt; rariores admirantur; quae vero Staticam concernunt, maxime naturalem, nemo Philosophus, tam parum curiosus, qui ea non exquirat, hoc aeuo. nolim tamen authoritatj meae tantum tribuas, vt rationibus, quas priuatim colis praecudicium fiat. Non exiguj apud me ponderis est, qua pompa quis, primò, in publicum prodeat. Pronum insuper est, idem argumentum alter assumat, quae enim materiam centrj grauitatis spectant, plures hoc

faeculo resumpserè. Inter alios Pater Joannes della faille¹⁾, qui libellum elegantem conscripsit, de Centris grauitatum sectorum Circulj, et Ellipseos²⁾. fuit is discipulus meus ante 33. circiter annos. Etiam Pater Paulus Guldin³⁾, qui vna mecum domesticus auditor Clauij fuit. prodijt insuper, a paucis mensibus, vt audio, liber⁴⁾, in Gallia, cuiusdam la Louera, aut le Louier⁵⁾; quem necdum videre licuit, ob exiguum nostrorum, cum Gallis commercium, bellj tempore. quae de eodem argumento habebam, Pragae in Bohemia periire. Amoentis sola Theorematum, quae ad me misistj, orexim mihi excitauit illa cum impatentia expectandj. vixdum me continuj, quin dimissis quae prae manibus habeo, et vrgent, eorum solutionem, animj causa aggrederer: Mirari coepi, Galilaeo, non incidisse argumentum scriptionis tuae: qui, circa varia quae humido innatant, curiosus fuit indagator. Hic sisto et rogo vt quae mihi fidis, alteri tibi, ea, te fidere existimes. neque enim mihi curta domj supellex. Vale, et Dominum Parentem ex me saluta.

Gandauj prima Nouemb. 1651.

Clarissimo Domino D. CHRISTIANO HUGENIO
Hagae Comitatis.

¹⁾ R. 6 Nov. [Christiaan Huygens.]

¹⁾ Jean Charles de la Faille naquit en 1597 à Anvers et mourut le 4 novembre 1652 à Barcelone. Il était Jésuite et devint professeur de mathématiques à Madrid.

²⁾ Joannis Della Faille Antverpiensis e Societate Iesv. In Academia Matritensi Collegij Imperialis Regij Matheseos Professoris. Theoremata de centro gravitatis partium circvli et ellipsis. Antverpiae, ex Officina typographica Meursii. Anno m.d.c.xxxii. in-4^o.

³⁾ Paulus Guldin naquit le 13 juin 1577 à St. Gallen. et mourut à Gratz le 3 novembre 1643. Il était d'abord orfèvre protestant et s'appelait alors Habakuk; en 1597 il entra dans l'ordre des Jésuites sous le nom de Paul, et enseigna les mathématiques à Rome en 1609, puis à Vienne et à Gratz. Il publia entre autres l'ouvrage suivant, qui a été cause qu'un théorème de Pappus a depuis pris son nom.

Pauli Guldini Sancto-Gallensis e Societate Jesu, De Centro Gravitatis Trium specierum Quantitatis continuae. Liber Primus de Centri gravitatis inventionè. Appendicis loco, accesserunt Tabulae Numerorum Quadratorum & Cubicorum. Earundemque Fabrica & Usus. Viennae Avstriae: Formis Gregorij Gelbhaar Typographi Caesarei. Anno m.d.c.xxxv.

Les autres livres de cet ouvrage:

Centrobaricae Guldini Libri Secundus, Tertius & Quartus, parurent en 1650 et 1651, Viennae Avstriae, Formis Matthaei Cosmerovij in Aula Colonienfi.

⁴⁾ Quadratura Circvli et Hyperbolae Segmentorum. Ex dato eorum centro grauitatis, vna cum inventionè proportionis & centri grauitatis in portionibus sphaerae plurimorumque periphericorum, nec non tetragonismo absoluto certae cuiusdam cylindri partis, & aliorum. Demonstrata atque ad calculum reducta adiumento librae Archimedeae, & a materia diuulsae quam praesentij Opere restaurat atque amplificat Antonivs Lalovera Societatis Jesu. Tolosae. Apud Petrum Bosc. m.d.c.l.i. in-8^o.

⁵⁾ Antoine de la Louberè (Lalovera, non Lalouere, comme Montucla le nomme) naquit en 1600 Oeuvres. T. I. 20

N^o 102.

CHRISTIAAN HUYGENS à [GREGORIUS A ST. VINCENTIO.]

[8 NOVEMBRE 1651.]

*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 101. Gregorius à St. Vincentio y répondit par le No. 105.*

Quod literas tuas primâ die mensis scriptas serius accepi, in causa fuit patris mei profectio, is etenim diebus aliquot domo absuit, reversus inter complures alias Domini Segheri Epistolam cui tua inclusa erat offendit. Vellem me moram hanc compensare posse, mittendo ipsum tractatum illum cuius fiducia primum te compellere institui, verum id fiet proximâ vice puto, nisi me deceperit operarum segnities. Lactor placuisse tibi Theoremata pauca quae meae epistolae inserueram ad Staticem spectantia aded ut ab horum editione famam auspiciari mihi suadeas. Fortasse autem tibi ea videris quae propediem mittam, aliter ipse senties, nam et illa Statices considerationem admittam habent, quum tractent de gravitatum centris. Verum est magis à materia corporum eam hic recedere, quam in tractatu, qui est *περί τῶν ὀρμημένων*, sed etiam si ad puram et simplicem tantum geometriam pertinerent ea quae prima in publicum proponerem, existimarem eo ipso potiora habenda. Et majus mihi videtur exiguum libellum protulisse qui Geometris peritoribus probetur, quam cum qui vendibilior sit et à pluribus philosophis requisitus, ratione argumenti duntaxat. doctiorum iudicium minus docti vel sponte sequuntur. Illis autem vel ex parvo specimine de cuiusque ingenio pronunciare perfacile est. Idem mecum sensisse puto, Geometram acutissimum I. della Faille (de quo tibi discipulo plurimum gratulor,) cum exigua mole Theoremata sua in lucem ederet, quorum simile meorum argumento est argumentum, quorumque mentionem facere voluisti. Iam pridem ea cum summa voluptate perlegi semperque in ijs magni feci, et inventionis felicitatem, et accuratam demonstrandi rationem, neque mea legi sinam, sine honorifica eorum mentione. Quin et hoc per te rescire mihi liceat, num adhuc auctor ipse superites sit: nemini quippe libentius meorum rudimentorum exemplar missurum sum si erit integrum, tuque ad notitiam ejus aditum mihi facere volueris, quod facile potes. Guldini quoque librum percurri, quem cum ex literis tuis intelligerem tecum una Clavij auditorem fuisse, succurrit statim, te longè majorem discipulum habuisse, quam condiscipulum; videtur tamen et doctus vir esse, et mathematicum amans, quos ego omnes in praetio habeo. Quid sit id quod conscripsit iste Le Louver *) neque mihi adhuc videre contigit, ex tuis conjicio de centris gravitatum esse, neque tamen valde timeo in eadem mecum illum incidisse, quum vix unquam casu id in arte

*) à Rieux (Languedoc) et mourut le 2 septembre 1664 à Toulouse. Reçu Jésuite en 1620, il devint professeur de rhétorique, d'hébreu, de théologie et de mathématiques, finalement à Toulouse. Il est connu par sa polémique avec Pascal, en 1658, au sujet de la cycloïde.

*) Son vrai nom est Antoine de la Loubère. Voir la Lettre N^o 101.

nostra contingere possit, cuius tanta est varietas. Tamen non temerè mirandum tibi videtur, quod non antehac Galileo eadem invenire contigerit quae de natantibus mihi obvenerit; ille enim non tantum omnium similium fuit indagator curiosissimus, (ut optimè notasti) sed et de eadem materia mediocris magnitudinis volumen ediderit idioma Italico *). At ne illud quidem Theorema fati rectè demonstratum reliquit, quod in hisce reliquorum omnium fundamentum esse oportet. Partem, nimirum demersam, cuiusque corporis solidi ad totum eam habere rationem quam solidi materia ad liquidum in gravitate. Figuram autem corporum cylindricam vel conicam vel aliam quancunque, sicut ego, nullam contemplatus est, sed praecipuum scopum sibi proposuit, inquirere quâ ratione metalla in laminas tenuissimas ducta liquido supernatarent. Meorum Theorematum complura facile explicari non possunt, nisi quibusdam praecognitis quae à centris gravitatum dependent et à me tunc primum, ut puto, reperta sunt. ideoque non tam parvo negotio solutionem eorum te assecuturum confido, quam fortassis primâ fronte credidisti. Non poteris facere quod mihi gratius sit, quam si otij aliquantum nactus experiaris duntaxat, vel compositionem problematum vel demonstrationem theorematis, quae tibi orexini excitasse asseveranti credo. Quod si negotiorum frequentia hoc nondum permittat, rogo ut saltem ex tuis inventis quorum magna tibi copia esse debet aliquod mihi exhibeas quo me oblectem vel exerceam. nisi credis melius haec reservatum iri, donec praecipuum et principale inter nos quadraturae problema examinatum discussumque fuerit. Vellem tam liberalis esses in communicandis tuis quam est D. Segherus in mittendis aliorum lucubrationibus. Non desinit is in amicos liberalis esse, siquidem rursum parenti meo ternos libros donavit. Unum Kircheri Hieroglyphicorum explanationem continentem *) de quo iudicium tuum novisse velim. Alterum Tacquetij *) cuius mihi inter caetera tractatus ille *) multum placuit quo quaestionem ab Aristotele et postea à Galileo quoque agitatam egregiè explanatam dedit. Tertium

*) Discorso al Serenissimo Don Cosimo II. Gran Duce di Toscana intorno alle cose, che stanno in su l'acqua, ò che in quella si muovono, di Galileo Galilei Filosofo, e Matematico della Medesima Altezza Serenissima. Seconda edizione. In Firenze. Apresso Cosimo Giunti. MDCLII. in-4^o. La première édition est de la même année.

*) Athanasij Kircheri e Soc. Iesv. Oedipvs Aegyptiacvs, hoc est Vniuersalis Hieroglyphicae Veterum Doctrinae temporum iniuria abolitae instauratio. Opus ex omni Orientalium doctrina & sapientia conditum, nec non viginti diuersarum linguarum auctoritate stabilitum, Tomus I. Romae, Ex Typographia Vitalis Mafcardi, MDCLII. in-folio.

Les volumes II, 2 et III parurent en 1653 et 1654.

*) Andreas Tacquet naquit à Anvers le 23 juin 1612, et y décéda le 23 décembre 1660. Il était Jésuite et professa les mathématiques à Louvain et à Anvers; il a aussi écrit des ouvrages élémentaires, plusieurs fois réimprimés et traduits en Belgique et aux Pays-Bas et même en Angleterre.

*) Andreae Tacquet et Societate Iesv Cylindricorum et Annularium libri IV. item De Circulorum volutione per planum, dissertatio physico-mathematica. Antverpiae apud Jacobum Mevrsium. MDCLII. in-4^o.

Un livre cinquième parut en 1659.

Parris A. de Sarafá ⁹⁾, qui te feliciter à Merfenni censura vindicavit ⁷⁾. Omnes hocce jam antè mihi videre aliundè contigit, quod propterea dico, ne quid me affirmare credas de ijs quae non prius examinaverim. Vale.

N^o 103.

CHRISTIAAN HUYGENS à FR. VAN SCHOOTEN.

11 NOVEMBRE 1651.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.
Fr. van Schooten y répondit par le No. 104.*

CHRIST. HUGENIUS CLARISSIMO VIRO DOMINO FRANCISCO
SCHOTENIO S. D.

Figuras eas quas Sicheio ¹⁾ faciendas locavi quotidie nunc expecto, cumque avenerint festinabo ut gemini tractatus mei praelo committantur. Alterum nuper legisti, proque ea lectione gratias tibi semper debebo. Alterum nunc mitto leviter tibi, si placet, percurrendum, maxime ut iudices de argumentis meis, num quid à peritis ea satis intellectum iri credas. Mihi quidem nihil nunc est manifestius, neque magis dubito errasse in quadratura sua Patrem Gregorium, quam de ulla propositione Elementorum Euclidis dubitare queam. Postquam theorematum mea nonnulla ad ipsum perperscripsisse eorum quae ad liquido supernantantia spectant, visus mihi est humanius rescriptis, quam primis literis fecerat; videbimus autem quid ipsi animi futurum sit ubi refutationem suorum inventorum perlegerit. Neminem credo melius eam percepturum, (neque hoc mirandum esset) adeo ut sperem atque omnino existimem nihil ipsum repositurum. Nihil tibi intellectu difficile occurret puto, quoniam jam pridem

⁹⁾ Alphonsus Antonius de Sarasa, né à Nieuwpoort en 1618, de parents espagnols, mourut d'une pleurésie à Anvers le 5 juillet 1667. Il devint Jésuite à l'âge de 15 ans et habita successivement Gand, Bruxelles et Anvers.

⁷⁾ Solutio Problematis à R. P. Marino Merfenni Minimo propositi, datis tribus quibuscumque magnitudinibus, rationalibus vel irrationalibus, datisque duarum ex illis Logarithmis, tertiae Logarithmum Geometricè invenire. Dvo à proponente de hac Propositione pronuntiantur. Unum quod forsitan longè difficiliorem quam ipsa Quadratura solutionem requirat; Alterum quod Quadratura Circuli à R. P. Gregorio à Sto Vincentio exhibita, abeat in illud necdum solum Problemata. Quibus videtur indicare, solutionem Problematis de Quadratura Circuli, expeditam fore, si defectus suppleatur, quem in solutione Problematis à se propositi consistere iudicavit. Actore P. Alfonso Antonio de Sarafá Societatis Iesv. Antverpiae Apud Ioannem & Iacobum Mevrfios. Anno M.DC.XLIX. in-folio.

¹⁾ Christoffel van Sicheio, le jeune, naquit à Bâle en 1582 et mourut en juillet 1658 à Amsterdam. Il était graveur, comme son père, et comme le fut également son fils, né à Amsterdam en mars 1618, où il mourut en octobre 1659. Ils avaient tous le même prénom, qui est aussi celui de quelques autres graveurs, appartenant à la même famille.

seivisti quid ductus plani in planum significet. Proportionalitatum materiam devitavi quantum potui, quoniam obscuram disputationem nostram factura videbatur. atque hoc quoque conatus sum ut quam minimum fieri posset Opus Patris Gregorij inspicere opus foret. Tuum de omnibus iudicium multum apud me ponderis habebit; cumque hanc mihi operam dederis, diu non ero molestus. Vale, et necessariam hanc importunitatem meam excusatum habe.

die 11 Nov. 1651.

Mijn Heer Mijn Heer FR. VAN SCHOOTEN. Professor der
Mathematijcken inde Universiteijt.

Inde Heeresteegh

Tot

Franq.

Leyden.

N^o 104.

FR. VAN SCHOOTEN à CHRISTIAAN HUYGENS.

13 NOVEMBRE 1651.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.
Elle est la réponse au No. 103. Chr. Huygens y répondit par le No. 108.*

FR. à SCHOOTEN, CLARISSIMO VIRO DOMINO CHRISTIANO
HUGENIO S. D.

Remitto scripta tua, à me perlecta, quae, ut verum fatear, in difficili aded materia me sanè ubique attentum requisiverunt. Demonstrationes autem tuae mihi valde placent, tum quod sint breves et accuratae, tum quod Patris Gregorij multitudo propositionum, quarum plures, ut ipsemet fateatur, ad quadraturam nullo modo sunt requisite, rem ita obscuram reddat, ut qui eam perspicere velit, id sine maximo labore assequi non possit, ideoque tuarum demonstrationum beneficio inutiles omnes eliminantur. Quae certè ratio est cur ab isthoc opere semper abhorruerim, neque tempus invenire potuerim, quod in illo examinando impenderem. Fateri debeo, demonstrationes tuas mihi multa haud dubiè suggestisse, quae, si studio isti mihi incumbere animus fuisset, magno alioquin impendio inquirere debuissem, ista jam ita exposita sunt, ut et alij, qui idem fortè olim verebantur, jam habeant, quo tibi plurimum debeant. Duo sunt quae deprehendi, nimirum quod tu respiciens, quo pacto ipsum facillimè omnium à scopo suo aberrasse convineas, demonstrata quaedam ejus alijs casibus appliceris. Ideoque si uiderem, ne tibi refragari, ac ipsi refugium aliquod patere, posset, ut casuum, quos assumis, demonstrationem quaereret: siquidem tuum

exillimo demonstrare illos. Et fortè id facile assequeris, cum eodem fermè modo, quo suae (ut autumo) incidere debeant. Caeterum quae inter legendum à me annotata sunt, in margine reperies. Vale.

Die 13 Novembris 1651.

Monfieur Monsieur, CHRISTIANUS HUYGENS, ten huijfe van
Mijn Heer VAN ZUIJLECHEM.

Cito in
port. S'graven-hage
op t'plein.

N^o 105.

GREGORIUS A ST. VINCENTIO à CHRISTIAAN HUYGENS.

21 NOVEMBRE 1651.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Elle est la réponse au No. 102. Chr. Huygens y répondit par le No. 106.

GREGORIUS A S. VINCENTIO CLARISSIMO DOMINO
CHRISTIANO HUGENIO.

Haesi tuas videns, ijsque perlectis, de Responso tantisper differendo subijti cogitatio, donec, quod polliceris, recepissem. nolui tamen in aere alieno diutius morari; praesertim, circa id quod optas de Patre della faille; quem, a quo tempore a me discessit, anno 20 huius saeculi, videre non licuit. Dolae primum, Mathematicas disciplinas docuit: exinde in Belgium redux, me non reperit, Romae iam commorantem, postmodum in Bohemia, vel Austria. Procabar eius confortij solatium, dum Pragae viuerem; sed mihi non licuit esse tam beato. Madritum enim (quo destinatus fueram) prius ablegatus erat, vbi post longam quietem, obambulare coactus est; et comes esse, peregrinationis Serenissimi Principis Joannis ¹⁾, cui in delicijs est. quem in Mathesi, alijsque scientijs continuo exercet; in cuius aula superstes viuit. Quodsi librum tuum ei mittere destinas, memineris rogo, eidem stimulum addere, vt reliqua, quae pridem adfecta habet, in publicum proferat. nisi enim violentia quadam amica vsus fuisset, adhuc cum reliquis suppressus lateret, qui prodijt libellus. forte exemplo meo, a praeli molestijs est alienus. praeclearae prorsus sunt, eius de Geometricis speculationes; vtinam illae lucem viderent: ijsque frui liceret, qui

¹⁾ Don Juan d' Autriche. Voir la Lettre N^o. 46.

bus hoc studium est cordj. Propugnauit varias me praeside theses ²⁾, inter quas fuere, si recte memini, de jnnatantibus humido; ante triginta minimum annos: quarum exemplar transmitterem, nisi Pragae mea perissent. Patre Guldinus ab anno circiter, inter viuos esse desijt; vt et Scheinerus ³⁾. Kircheri Hieroglyphica, necdum vidi. Adest mihi Pater Sarafa, et saluere te iubet, librumque tuum videre peroptat, et licet otio careat, sperat aliquid tamen e negotijs, quibus premitur, se excludurum, vt curiositate sua pascatur, eique pabulum praestet. Inuitationi tuae paene succubuissem, tentandi, quae prioribus tuis me titillarunt; circa theoremata, vel problemata tua: nisi timor me subduxisset, diuturnioris morae, sufficit itaque mihi, credere ea tibi difficilioris solutionis exstitisse; vt me a labore suscipiendo abducam. praestolabor itaque donum tuum, neque permittam illud apud me otiosum haerere, priusquam ab oio vsque ad mala illud degustauero.

Gandauj 21 Nou. 1651.

Clarissimo Domino D. CHRISTIANO HUGENIO
Hagae Comititis.

N^o 106.

CHRISTIAAN HUYGENS à GREGORIUS A ST. VINCENTIO.

26 DÉCEMBRE 1651.

La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.

La lettre est la réponse au No. 105. Gregorius à St. Vincentio y répondit par le No. 111.

CHR. HUGENIUS R. P. GREGORIO à STO. VINCENTIO. S. D.

Cum novissimè ad te literas darem, Vir Clarissime, sperabam brevi quoque editionem huiusce libelli ¹⁾ expeditam fore; nondum videlicet expertus quibus molestijs defungendum sit, quibusque typographorum procrastinationibus perdendum tempus, tantillum modo volumen molienti. Non adeo posthac festinabo promissis, quibus praefandis aliorum quoque opera uti necesse habebō. Opusculum nostrum ubi in-

¹⁾ J. Ch. de la Faille, Theses mechanicae. Dolae. 1625. in-4^o.

²⁾ Christoph Scheiner, né en 1575 à Walda (Souabe), mourut le 18 juillet 1650 à Neisse. Il était Jésuite, professeur d'hébreu et de mathématiques à Freiburg en Breisgau, puis à Ingolstadt (1610—1616), plus tard à Rome, enfin recteur du Collège des Jésuites à Neisse. Il est surtout connu par ses écrits sur les taches du soleil et les satellites de Jupiter, par la description d'un halo solaire observé à Rome le 20 mars 1629 et par l'expérience optique qui porte encore aujourd'hui son nom.

³⁾ Il y ajouta un exemplaire de son *ξσταις* [Adversaria de Christiaan Huygens].

spexeris, videbis nihil tam exiguum dari quod non adhuc fecari possit; quamvis enim vix aliud ipso exilius invenias, omne tamen divisum est in partes duas. Priorem octo Theoremata constituunt, quae tibi non displicitura autumo neque indigna visum iri, quae cum nobili controversia nostra legantur, ijs quibus ad intelligendam eam peritia suppetet. Ipsa verò partem alteram facit, proposita quam fieri potuit brevissimè. Nec puto tamen evidèntiae ullum illatum esse damnum, neque quenquam ad tui operis intellectum perventurum esse, cui non haec multò antè perceptu facilia videantur. At nemini aequè ac tibi possunt esse plana et aperta, neque ejus rei causam ut hic asseram expectas. Et si nihilominus, quod minus explicitum videatur, occurrerit, non me pigebit id ampliori declaratione impostorum illustrare, si per epistolam modò me consulere volueris. Sin autem publicam defensionem meditabere, quanquam futurum non existimo, rogo tamen ut ea quoque brevis sit simpliciterque Geometrica, quale est hoc meum quod instituisse vides examen. Summopere utique nobis cavendum est, ne ad difficultatem controversiae accedente nimia prolixitate disputantium, desint tandem qui cognoscendi judicandique molestiam subire velint. Me quidem nunquam quaestionis limites praetergressum deprehendes, (sicut ea repererim quibus alij multi non possent quin insigniter efferrentur) sed diligentissime conatum esse, quò salva gratia tua licet hanc tibi intentare liceret. Hoc me consecutum sperarem, etiamsi nihil esses pollicitus. Nunc verò quum et fidem tuam non unis vicibus interposueris, atque ad haec producenda quantum in te fuit impulsor extiteris, videor injuriam tibi facturum Vir Clarissime si vel levissimam indignationem subverear. Magna me spes tenet et tractandi ratione et argumentorum efficacia plenissimè tibi satisfactum fore. Nam de his quidem si quod res est fateri velim, dicam vix propositionem ullam ne ex elementis quidem, unquam mihi magis dilucidè perspectam fuisse, quam nunc in causa nostra assertionis meae veritatem perspicio. Sed quid haec asseverasse proferat? aut quisnam aliter affectus demonstrationes Geometricas omnibus legendas permittit? Et videmus tamen hae quam nimium frequenter erroribus obnoxiae reperiantur, doceantque homines sibi contigisse autores. Brevitas quidem paucitasque meorum inter alia persuadet nihil tale me passum esse, et sicut turpius ita minus quoque proclive est in tam paucis pagellis errorem obrepsisse²⁾; sed quantacunque mihi nunc verisimilitudo blandiatur, nihil certò affirmare convenit, priusquam et peritiorum frequentem assensum fuero adeptus, et tui ipsius adeò, qui vel unus solus mihi suffecerit, quemque nisi caeteris accedere fecero, nihil magnum me praestitisse arbitrabor. Reverendo Patri Sarasae salutem meis verbis redde, atque unà exemplarium alterum libelli mei, quem si diligenter perpendere dignabitur, atque eloqui quod sentiet, magnas insuper gratias me sibi debiturum credat. Dominum la Faille cum Principere³⁾ suo⁴⁾ agere scribis, sed quis me nunc doceat, qua via hunc munusculum

²⁾ Lisez: obrepsisse.

³⁾ Lisez: Príncipe.

⁴⁾ Don Juan d'Autriche.

meum assequatur, vagum atque incertas sedes subinde mutantem, quoties bellum et castra migrant. Cum poteris tu mihi hoc adjumento sis Vir Clarissime, et quam optimè interea valeto.

26. Dec. 1651.

N^o 107.

CHRISTIAAN HUYGENS à J. GOLIUS.

[28 DÉCEMBRE 1651¹⁾].

La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.

GOLIO.

Ad te imprimis Vir Clarissime, tyrocinij mei exemplar pervenire volui, quanquam non sine aliqua verecundia acre judicium tuum subiturus. Verum ita mecum comparatum est ut tum demum ex inventis maximam voluptatem capiam cum peritioribus ea impertio. Mitto itaque Theoremata pauca quae non ita pridem meditatsum, atque una *εξαρται* brevem ingentis voluminis quod de Conicarum Sectionum et circuli absoluta quadratura in lucem edidit Gregorius à Sancto Vincentio; hujus conscribendae Theoremata ista occasione et animum dederunt, antea enim difficultate et nimia mole operis diu fueram deterritus, et propter inconcinnam viri methodum praepudicio tacito jam pene condemnaveram, nec sanè immeritò profusus; nam qui tam Illustre problema effectum dare posset, mirum ni magis compositè omnia quae ad demonstrationem pertinerent ordinare sciret, vitareque tantam obscuritatem et tollere superflua. Atqui hisce omnibus involvisse errorem suum videbatur, quem nunc quidem conspiciendum me dedisse asseverare non dubito. Vix autem te rogare audeam, Vir Clarissime, ut molestiam cognoscendi de controversia nostra suscipere velis. Quod si tamen antea evolvere Vincentij librum cepisti atque aliqua expendere, existimo tantum praestare posse pagellas meas, ut omnem porro rem penitus perspicias. Sin orium non fuit nec adhuc suppetet, intelliges tamen impostorum et ex aliorum sententijs, et ex adversarij propria ut spero confessione nihil me frustra hic movisse. Theoremata de Quadraturis brevi operà cum vacabit perpendes, animadvertesque haud dubiè Antiquos illos praestantissimos Geometriae autores me pro viribus aemulari, quod et olim mihi te consuluisse memini, et nunc indies quam benè cedat animadverto. Omnes eos in summa veneratione habeo quorum scripta tantam aetatem irreprehensa tulisse, ijque temporibus scripsisse video, quibus nihil erat Geometris illustrius. Archimedes nemini comparandum puto. post eum Apollonium verò Pergaeum maxima admiratione dignum, qui tantam utilissimarum propositionum multitudinem tam accuratis demonstrationibus stabiliverit. Hunc aliquando tua manu restitutum alteraque parte auctiorem legemus, utinam brevi nos ista felicitate bees.²⁾ Quantum ex librorum titulis conjicere

¹⁾ Avec un exemplaire de son *εξαρται* [Adversaria de Christiaan Huygens].

²⁾ Ce commentaire n'a jamais paru.

licet quos Pappus refert, omnibus Geometriae peritis summopere expetendi sunt, dignique omnino quibus a temporum injuria vindicandis, tu Vir Clarissime egregiam operam naves. Nihil hic addo quo magis inhaerere tibi queat iustissimum desiderium meum, cui efficiendo et anni instantis tibi felicem decursum precor et valetudinem prosperam. Vale.

N^o 108.

CHRISTIAAN HUYGENS à FR. VAN SCHOOTEN.

[28 DÉCEMBRE 1651.]¹⁾

*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 104. Fr. van Schooten y répondit par le No. 110.*

SCHOTENIO.

Quem tibi nunc libellum mitto fortasse jam dudum expectasti Schoteni Clarissime, sed typographorum tarditas moram attulit nimiam de qua pluribus conquerer nisi tibi non semel expertam scirem. Misi eundem ante biduum Patri Gregorio atque alterum exemplar Patri Sarafae, cui vel imprimis defensio praeceptoris sui videtur esse cordi. In Exetasi adjecti paragraphum *Atque ut ipsa* usque ad *Revertor autem*, tuo potissimum suasu, cujus nunc plenam mihi approbationem polliceor, ut et doctorum omnium; Ubique locorum resciri faciam de controversia nostra, scriptoque meo in Gallia impertiar Robervallum, Bruxellis Gotshovium²⁾, Bredae Pellium, Gollio nunc simul mitto, et in Angliam quoque ad fratrem meum³⁾, ut istius regionis Geometris ostendat, pervenire faciam. Nam quanquam summa expectatio et spes est in confessione ipsius antagonistae mei, tamen operam dabo ut ne quid de jure suo discessisse dicatur atque ut quam plurimorum rescriptis suffragijs, vicisse me comprobare possim; Inter quae tuum vel praecipuo loco erit, utpote qui cognoscendae causae non exiguum jam ante operam impenderis. Vale.

¹⁾ Avec un exemplaire de son *Ἐξῆρασις* [Adversaria de Christiaan Huygens.]

²⁾ Gerard van Gutschoven, fils de l'avocat Guillaume van Gutschoven, et de Henriette van Elderen, naquit à Louvain le 6 février 1615 et mourut à Lierre le 4 mai 1668. Disciple et assistant de des Cartes, il retourna en 1635 à Louvain, où il devint en 1640, comme successeur de Sturmius, professeur de mathématiques; il s'appliqua pourtant aussi à la médecine. Après la mort de sa femme Anna Leroy (qu'il épousa le 30 septembre 1638, et qui mourut en septembre 1652) il entra dans les ordres et devint en 1659 professeur d'anatomie, de chirurgie et de botanique. Outre quelques écrits, il laissa une carte militaire de Louvain, dont il avait été chargé de reconstruire les remparts.

³⁾ Lodewijk Huygens, qui, le 20 décembre 1651, était parti pour Londres, dans la suite des Ambassadeurs Jacob Cats, Gerard Schaap Pietersz. et Paulus van der Perre et de leur Secrétaire Alart Pieter Jongestall [Dagboek.]

N^o 109.

CHRISTIAAN HUYGENS à [CONSTANTYN HUYGENS, père.]

[DÉCEMBRE 1651.]¹⁾

La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.

CHRISTIANUS HUGENIUS PATRI, S. D.

Parvum quidem offero, sed cujus exilitatem²⁾ magna ex parte me supplere posse existimavi, si gratum animum tuique observantissimum hic in principio testarer, atque hujus verissimam demonstrationem, demonstrationibus reliquis adjicerem. Quin potius, ne sollicitus quidem esse debui, propter exiguum molem minus tibi acceptum fore, cum quotidie animadvertamus, parvulum filiorum progeniem maximè avis caram esse. Itaque unum petiisse suffecerit, quod etiam nunc peto rogoque: Ut nepotum tuorum nomine, quo saepe alia levioris notae molimina mea, benignè appellare solitus es, hunc quoque industriae meae partum completarissimum quemque ego exposui, tu prae caeteris lubens tollas, Vale!

N^o 110.

FR. VAN SCHOOTEN à CHRISTIAAN HUYGENS.

2 JANVIER 1652.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Elle est la réponse au No. 108.*

CLARISSIMO VIRO D. CHRISTIANO HUGENIO FR. à SCHOOTEN S. D.

Gratius quam plurimis de tuo libro aureo redditis, quid aliud Tibi magnificentius desiderare possum, quam ut laboribus tuis nobilissimis nos beare pergas. Accurationem enim tuam quod attinet certè tum vel ipsae figurae, tum typus indicant; quique vel ipsum librum non nisi leviter perlegerit, perpenderitque quo pacto tam paucis pagellis ea contineantur, quae in difficili aedè materia, tum doctissimos quoque haecenus latuere, vel si id invenire aggressi sint, conatus tamen eorum à Te eludantur, judicare utique debet à te non nisi magna quaeque esse expectanda. Ad quae igitur speranda Deum ex animo praecor ut vitam Tibi longaevam ac incolumem clarigatur, inventisque faveat, quò et in boni publici usum atque commodum evulgare possis. Quare concludam cum adprecaatione meà felicis Tibi Tuique ineuntis anni auspicii agoque simul gratias pro dono, quod mihi sicut et reliqua industriae tuae monumenta in delicijs erit. Vale.

Leydae 2 Januarij 1652.

¹⁾ Avec un exemplaire de son *Ἐξῆρασις* [Adversaria de Christiaan Huygens.]

²⁾ Cet ouvrage ne contient que 43 pages in-4^o.

Dominus Gutschovius habitat Lovanij, ubi est Matheseos professor; ac Medicinæ Doctör.

Aen Monsieur Monsieur, CHRISTIANUS HUYGENS, ten huijse van Myn Heer van ZUIJLICHEM

Cito
port.

in
S'gravenhage
op t' plein.

N^o III.

GREGORIUS A ST. VINCENTIO à CHRISTIAAN HUYGENS.

6 JANVIER 1652.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.
Elle est la réponse au No. 106. Chr. Huygens y répondit par le No. 118.*

CLARISSO, VIRO CHRISTIANO HUGENIO GREGORIUS A SANCTO VINCENTIO S. D.

Xenium tuum ipsis Kalendis ineuntis anni opportunè accepj: quod xeniorum more, acceptum fuit. Peruoluj legenda; et industriam tuam admiratus fuj. quia vero tuæ fortis raras est reperire, qui successu vique adeo felicj, studia Geometrica assquantur; præsertim cum aliquid ea Scientia dignum, de nouo promendum est: Horror, vt per similes lucubraciones, ad plausus te compares, quos omnis posteritas industriae tuæ debitos, grata parabit; si genio tuo, quem a natura studijs geometricis accommodatum sortitus es, indulgere non piguerit.

Porro sensum meum, de iudicio tuo, de me dato, ex me intelligere gestis. desiderio tuo fiet satis, vbj aliorum dubijs, ac difficultatibus ad me transmissis, respondere intergrum fuerit. spero interim tuo exemplo plures eiusdem argumentj aliquid medituros. Patri Sarasæ suum præbuj exemplar. De Patre della Faïlle nescio quid scribam: credo Patrem Crom ¹⁾, Domesticum Oratoris Regis Catholij, commodam methodum indicaturum, si quid ad eundem destinandi, in animo habes. Vale et commercium nostrum vlla controuerfia jnfringas caue.

Gandauj. 6. Januarij 1652.

Vt animi gratitudine vices rependam, adiungo libellulum ²⁾ Thesium mearum de Motu jnclinato; dignabere non munusculum sed animum tuis strenis obnoxium aspicere.

CLARISSIMO DOMINO D. CHRISTIANO HUGENIO
Hagæ Comitiss.

¹⁾ Adriaan Crom (Crommius) naquit à Oirschot vers 1590 et mourut en 1651 à Louvain, où il fut professeur d'écriture Sainte. Il était Jésuite depuis 1609 et publia quelques ouvrages.

²⁾ Nous n'avons pu rencontrer cet ouvrage.

N^o III 2.

A. A. DE SARASA à CHRISTIAAN HUYGENS.

12 JANVIER 1652.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.
Chr. Huygens y répondit par les Nos. 116 et 117.*

CLARISSIME DOMINE.

Magnâ auuiditate librum tuum ¹⁾ expectaueram, nec minore legi. quinimo iuuat diutius expectasse; nescio enim an non mora ipsa orexin excitaret; ut enim librum vidi, ad legendum eum illico quasi compulsus sum. aliis tamen admodum impeditus. Hoc scio habuisse me magnum operæ pretium, quidlibet enim me nouitate suâ delectabat, non tamen quæuis admirari solitum præsertim in Geometricis. Illud etiam non illepidum accidit, quod dum libellum peruoluere me puto, librum absolutum omni ex parte inuenerim, si non mole pensetur libri sed re. nec adeo Archimedæa Circuli dimensio tribus admodum propositionibus comprehensa liber non est; quin potius maiorem credidi semper, quod paruus sit. Habuisti sanè virum quem imitaveris Archimedem ipsum, quemque proponendi methodo, Geometricoque demonstrandi modo exprimis sanè feliciter. hoc est enimvero Geometram agere: quales vti nam omnes essent ii, qui hoc sese nomine circumspici gaudent hodie. Inuenis feliciter, proponis dilucidè, neruose demonstras; demum Geometra es.

Dubium quod circa Quadraturam Patris Gregorii secundâ proponis parte, clarè exprimis, et quod maxime optabam modestè. vellem humanitatem eiusmodi Galli quidam in suis scriptis præ se ferrent. responsonem hæc res mereret auctore dignam, hoc est Geometricam et humanam: elucidabitur hoc modo plane res, clamoribus tantum intricanda. neque si responso differtur, negatur: commodius si quidem, ad plura quæ proponuntur, respondebitur libro vnico, quam si singula quæ reponentur, in singulos libellos ditrahantur. Illud tamen modo indico, primam quadraturam, non idcirco præcipuam quia prima; prima est quia primam casus fecit. verum id modo non ago vt respondeam.

Perge interim Mathesin exornare inventis tuis vt coepisti, te plane dignis; messis in herbâ est, non quod exrescere debeat vt maturescat, sed quod vix lucem aspexerit, quin maturam Mathesi messim protulerit labor tuus. Confenscit paullatim Pater Gregorius: sed quis neget feracissimam adhuc esse senis venam? quod si tamen hæc exaruerit aliquando, reuiuifcet illa in te, vt cui vegetior aetas multos adhuc annos spondeat, quibus plura è veritatis fundo erui poterunt, ab eo qui veritatis tam est studiosus. non enim vt pulchrè animadvertis facimus vera, sed inuenimus. felicissimi

¹⁾ La *Ψευδοis*, que Christiaan Huygens lui avait envoyé le 26 décembre 1651, avec une lettre que nous ne possédons pas. [Adversaria de Christiaan Huygens].

fanè Geometrae imo et Vranometrae futuri, si inveniamus aeterna. quod quidem Tibi cum felicissimo huius anni auspicio ex animo precor.

Gand. 12 Jan. 1652.

Clarissimae Dominationis Tuae Seruus

ALFONSUS ANT. DE SARASA.

Clarissimo Domino D^o. CHRISTIANO HUGENIO.

Hagae Comititis.

N^o 113.

CHRISTIAAN HUYGENS à G. VAN GUTSCHOVEN.

[17 JANVIER 1652.]¹⁾

La minute et la copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.

GUTSCHOVIO.

Ex quo coram tui videndi copia fuit Gutschovi Clarissime, quae mihi femel tantum felicitas obtigit, continui me ne scribendo studia tua interpellarem; nunc vero ex occasione paulo confidentior factus non diutius tacendum esse putavi, et habituroin te quod imputare posses, nisi cum amicis caeteris fieres inventorum meorum tirocinij particeps. Theoremata igitur mitto pauca numero sed quibus editis volui Geometris horum temporum innotescere, prius quam alius ea mihi praereptum iret. Fortassis autem magis proposito meo conducet hoc quod posteriori parte libelli additamentum subjunxi. *Ἐξερσιν* dico ejus Quadraturae quae prodijt à Patre Gregorio à Sto. Vincentio, de qua inter alia sermonem mihi tecum cum hic esses fuisse recordor. Existimo hoc scriptum à pluribus expetum iri tum propter celebre antagonistae nomen tum quod impensus plerumque disputationes hujusmodi et dissidia homines sectantur quam liquidam veritatis ipsius cognitionem. Breviter modo hanc consultationem institui, et praecipue in hoc operam dedi ut ipsi Patri Gregorio in veriorum sententiam transeundi necessitatem imponerem. Quod si contra quam opinor persuadere ipsi nequivero, reliqua mihi spes erit in peritiorum examine, tuo tuique similitum. Nam tantum quidem effecisse me scio, ut nemo prius inventa Patris Gregorii quam à veritate ipsum aberrasse sit intellecturus, de me meisque haecenus, at nunc quoque inquirere liceat quid vos istic rerum agatis, semper enim te ijs rebus intentum credo de quibus rescire expediat omnibus. dixisti mihi non paucis te commentatum esse ad Cartesii Principia; et proculdubio adhuc multum ijs ex illo tempore accrevit. Omnia ista publico invidere non debes, Vir Clarissime sed maturare ut quam primum prodeant in lucem²⁾ nobisque lucem afferant. Quod si necdum operi finem imposuisti, nihil tamen vetat quo minus aliqua saltem amicis impertias. De natura et legibus motus occurrentium sibi mutuo corporum quas Cartesius regulas tradidit, ad eas demonstrationem accommodasse te ajebas. Certè magnum operae

¹⁾ Chr. Huygens lui envoya cette lettre avec un exemplaire de son *Ἐξερσιν*; [Adversaria de Chr. Huygens].

²⁾ Apparemment ces Commentaires n'ont jamais paru.

pretium facies plurimumque tibi debiturus sum si³⁾ haec exhibueris. Quamquam enim Autori suo ipsi tam manifestae dicantur ut nulla probatione indigeant, meo tamen iudicio adhuc omnes excepta prima veritatis dubiae videntur ne dicam suspectae falsitatis. Rationes meas adferre hic possem, et contra regulam 4 am praecipue, sed nescio an tibi aequè legere atque mihi scribere vacet. Illud si comperero, saepius te per literas laceffam, nam perijcunda mihi de istiusmodi quaestionibus disceptatio videtur, neque est quod agam libentius. Vale.

N^o 114.

CHRISTIAAN HUYGENS à LODEWIJK HUYGENS.

19 JANVIER 1652.

La copie se trouve à Leyden, Coll. Huygens.

MONSIEUR MON FRÈRE, à Londres.

Vos lettres de la façon qu'étoit celle que nous leusmes hier¹⁾ peuvent fort contenter mon Pere, qui vous exhorte seulement de continuer, en luy faisant avoir de semblables toutes les semaines. Il paroît que vous vous evertez, ut praesent caeteris animalibus, qui se font embarquez avec vous. Mademoiselle Z. dit que nul Prophete est estimé en sa Patrie, aussi cela est il tres vray, et c'est une des belles et notables sentences de l'Evangile. Quand je parle d'Animalibus, j'entens ceux qui le sont, et je vous prie escrivez moy en gros quelle vie ils mènent la.

Mon Pere veut que je vous envoie un exemplaire de mon petit livre, peutestre que Monsieur Johnson²⁾ ou quelqu'autre vous saura dire a quel Mathematicien vous le pouvez donner. Pere Gregorius m'a à la fin repondu, et je receus hier sa lettre pleine de civilités³⁾, mais par la quelle il est evident, qu'il n'est pas fort pres a faire replique a mes objections. Une autre lettre qui venoit du Pere Sarasa⁴⁾ qui est avec luy, estoit de mesme argument et plus ample encore. Je commence a estre fort conneu parmi les Reverends Peres, et le seray encore d'avantage quand Pere Seghers aura distribué les Exemplaires qu'il a demandé pour envoyer en Espagne, et autre part aux hommes Scavans de sa Compagnie et connoissance. La Harangue⁵⁾ de Monsieur Cats⁶⁾ a esté imprimée icy et depuis encore en Fla-

¹⁾ Lodewijk Huygens étant parti le 20 décembre 1651, cette lettre, qui nous n'avons pas retrouvée, aura été la première qu'il écrivit après son arrivée en Angleterre.

²⁾ Johnson était libraire-éditeur à Londres.

³⁾ C'est la Lettre N^o. 111.

⁴⁾ C'est la Lettre N^o. 112.

⁵⁾ Oratio, in Parlamento Reipublicae Anglicanae, viva ac vivida voce, ab Excellentissimo Dom^o. Jacobo Cats, Celforum Potentium Ordinum Generalium Belgii, una cum itidem Excellentissimis Dominis Gerardo Schaap & Paulo van der Perre Collegis suis, Legato Extraordinario, habita die 29 Decem. 1651. Anno 1652. in-4^o. s. l.

⁶⁾ Jacob Cats naquit le 10 novembre 1577 à Brouwershaven et mourut à sa maison de campagne Zorgvliet, près de la Haye, le 12 septembre 1660. Il a été pendant plus d'un siècle le poète fa-

mend⁷⁾. Les Estats l'ont voulu supprimer en faisant defense de la vendre. On la trouve bien froide icy partout et qui sent son bon homme.

Le 19e Janvier 1652.

N^o 115.

CHRISTIAAN HUYGENS à D. SEGHERS.

23 JANVIER 1652¹⁾.*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.*

MIJN HEER

Ick vinde mij ten hoogsten aen VE verplicht voor de forghē en moeijte tot noch toe gecontinueert in 't onderhouden van de correspondentie tusschen Pater Gregorius en mij, en hebbe niet konnen naer laeten VE door desen daer selfs voor te dancken. De bijgaende Exemplaren van mijn boecken soude ick (ten waer de vorst mij sulx belet hadde) gheern eerder gefonden hebben, wetende dat VE de middel had om die foo wel tot mijn avantage te distribuieren. Ick geniet noijt meerder vermaeck van diergelijke inventien dan als ick die aen mijn geleerder magh mededeelen; so dat ick mij sal geluckigh achten, indien door VE toedoen elck van dese boeckens mach ter hand komen daer het is gedefineert. Voornementlijk over dat van Pater la Faille dien ick in grote achttinghe, hebb, en langh gewent aen hem bekent te sijn, meer als aen yemandt anders. Ick hebb 4 van de Exemplaren ongebonden gelaeten, 2 voor Pater Gregorius ghelijck ghij die begeert hadt, en noch 2 om datse aldus bequaemer schijnen om verre reijsten te doen, als naer Claudius Richardus in Spagne, en naer Pater della Faille. Pater Gregorius en schrijft tot noch toe mij gheen antwoordt op mijn argumenten, maer veel beleeftheijdt, als oock Pater Sarasa. Soo dat ick vertrouwd, dat wij wel goede vrunden fullen blijven. Bidde oock VE foo veel moghelijck is, daer toe te willen helpen contribuieren, en blijve

MIJN HEER

VE ootmoedighen Dienaer
CHRISTIAAN HUYGENS.

's Gravenhaghe 23 Jan. 1652.

vori de la Hollande, à tel point que l'on dit que ses ouvrages, dont il existe quantité d'éditions, se trouvaient dans toutes les maisons, à côté de la Bible de famille. Il demeura jusqu'en 1621 à Grijskerke en Zélande, depuis 1651 à Zorgvliet. Il était aussi homme politique, remplit diverses hautes fonctions et fut souvent envoyé en ambassade extraordinaire.

⁷⁾ Oratie van Sijn Excellentie de Heer Jacob Cats. . . Wt het Latijn overgheset. Tot Rotterdam. By Jan Jacob den Abt, op de Leuve-haven. 1652. in-4^o.
On dit que cette traduction est de la propre main de Cats.

¹⁾ Avec 5 exemplaires encore de son *Æstetis* 1. La Faille. 1. Claudius Richardus. 1. P. Tacquet. 2. P. Gregorius à St. Vincentio. [Adversaria de Christiaan Huygens.]

Il est probable que, le passage des rivières étant interrompu par les glaces, cette lettre n'a pas été expédiée. Voir la Lettre N^o 121.

N^o 116.

CHRISTIAAN HUYGENS à A. A. DE SARASA.

[JANVIER 1652]¹⁾.*La minute, la copie et le sommaire se trouvent à Leiden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 112.*

Sommaire: Archimedis brevitatis. Gregorij prolixitas. levissimum erat argumentum quod primo loco quanquam non tantum casui hoc deberi convenire. miror si intelligat et clare expressum videatur quod responderi posse credat. quod non videatur ipse optimam habere opinionem de P. Gregorij quadratura.

R. P. ALFONSO ANT. DE SARASA CHR. HUG. S. D.

Magno eoque immerito encomio me exornat epistola tua Vir Clarissime quod tamen in pauca conferre potuisti nec ultra prosequi debueras postquam dixisti Theoremata mea Tibi placuisse. haec summa meorum votorum est ea scripsisse, quae tui similibus viris legisse sit operae praetium. De priore itaque libelli mei parte rectè habet, verum ad alteram quod attinet, hoc dicere liceat, non satis hic te quod maxime petieram praestitisse, ut quae sentire pronuntiare velles. nullo enim pacto inducor, ut te clarè mentem meam sicut scribis, percipere credam, et tamen existimare non defore quod argumentis reponi possit. Illud sanè si modò obijcitur quod praecipuum ex quatuor Quadraturis non impugnavi, non multum me movebit. sufficere enim puto quam sui aggressus eam ipsam esse Primariam autem Patri Gregorio censerì, non eo tantum argumento probavi quod primam fecisset, sed hoc omnium erat levissimum. Et tamen assentire tibi nequeo quod casui potius quam certae auctoris dispositioni asseribere mavis hoc quod ante alias eam legi voluit. Sed te credo Vir Clarissime hoc affectui dare non illaudabili ergà Patrem Gregorium, ut nihil praetermittas quod in excusationem ejus adferri possit, et quacunque tandem ratione defensionem viri optimi suscipias. Si verò Geometras agere volumus potior adhuc debet esse ratio veritatis, quam in inventis Patris Gregorij ubique salvam non esse proculdubio dudum animadvertisti. Ita mihi de te persuasum est, neque aliud sentire patitur magna quaedam doctrinae ac peritiae tuae opinio, quae non temere me inesseque neque temere excidet. Vale.

Scribo ad Patrem Gregorium et te quoque rogo ut hoc saltem indices ubi error residet si quem commisisse videor. Durum hercle est si nihil mihi rescire liceat, priusquam ad omnium motas difficultates simul respondeatur.

¹⁾ Cette pièce, non datée, est probablement la minute d'une lettre qui n'a pas été expédiée, mais remplacée par la Lettre suivante N^o 117, laquelle porte la date 24 Janvier 1652; ces deux lettres ne diffèrent guère par leur contenu.

N^o 117.

CHRISTIAAN HUYGENS à A. A. DE SARASA.

24 JANVIER 1652.

*La minute et la copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 112.*

SARASAE.

24 Jan. 1652.

Placuisse tibi Theoremata mea Vir Clarissime non sine gaudio intellexi, atque haec summa meorum est votorum ea scripsisse quae tui similibus legisse sit operae pretium. Eorum tamen quae tam largè attribuis maximam partem adhuc in me requiro, sumque mihi optimè conscius quanto intervallo à summa ista perfectione quam paucis verbis depingis studia nostra distent: non desunt sane et maximè horum temporum scriptores quorum ineptis voluminibus inspectis, aliquid me profecisse, ex comparatione judicare soleo. At rursus ubi Archimedaeas reliquias considero, quarum tu quidem breviter meritissimo jure suspicis ac collaudas subtilitatem vero, accuratationem, atque incomparabilem quemdam decorem, nemo unquam mortalis, ut opinor assequetur; tunc inquam excidunt illi priores animi, solumque retineo imitandi ac longe vestigia legendi et constans et salutare propositum. Is quem Archimedem ipsum aut certè alterum vocas quemque me imitatum ais, proximus illi inventionis felicitatem, spectes haberi meretur, atque à me pridem habitus est. Brevi ad hunc exemplum libelli mei delatum iri spero cura officiosissimi viri D. Seghers. Forte ubi de lite nostra edoctus fuerit, non denegabit quoque sententiam ferre, nisi reverentia quondam praeceptoris sui minus promptum efficiet. Equidem de te conquiri liceat qui quod maxime petieram non praestiteris, neque id quod sentis putaveris pronuntiandum. Nullo enim pacto inducor ut te clarè (sicut scribis) mentem meam intelligere credam, et tamen existimare non desore quod argumentis reponi possit. Illud sanè si modo objicitur quod praecipuam ex quatuor quadraturis mihi non proposui, non multum me movebit, sufficere enim puto eam ipsam quam sui aggressus everfam esse. Primariam autem à Patre Gregorio censeri non eo tantum argumento probavi quod primam fecisset, sed hoc omnium erat levissimum. Et nequeo tamen assentiri tibi cum casu potius quam certae auctoris dispositioni tribuendum censès quod ante alias eam legi voluerit. Sed te credo Vir Clarissime hoc affectui dare non illaudabili erga Patrem Gregorium, ut nihil praetermittas quod in excusationem ejus adferri possit, et quacunque tandem ratione defensionem optimi viri suscipias. Si verò Geometras agere volumus, potior adhuc esse debet ratio veritatis, quam per inventa Patris Gregorij undiquaque salvam non esse proculdubio, dudum animadvertisti. Ita certe de te mihi persuasum est, neque aliud sentire patitur egregia quaedam doctrinae ac peritiae tuae opinio quae non temere me incessit, neque temere excidet. Vale.

N^o 118.

CHRISTIAAN HUYGENS à [GREGORIUS à St. VINCENTIO.]

[24 JANVIER 1652.]

*La minute et la copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 111.**Sommaire: de la faille, gratias pro libello.*

Literas tuas expectatissimas, 18^o demum die mensis accepi atque una libellum elegantem Theſium mathematicarum ¹⁾ quas cum defendisti fieri non potuit quin frequentibus argumentis oppugnaveris, ita multae sunt egregiae ad disputandum comparatae quaeque vel evertere vel demonstrare pene parem difficultatem habeat. Gratissimum mihi munusculum venisse crede et maximè quod remunerandi animo abſte profectum sit, cui tantum adest ut strenam meam imputaturus fuerim ut multum quoque me debere agnoscam, quod favorabiliter admisa fuerit. Non cujusvis est hominis, adversantem sibi placide excipere. Tu vero et laudibus cumulas, et tanquam in optimè inceptis studiis ut perseveret adhortaris. Quamvis autem ad Mathesin porro excolendam nulla instigatione indigeo utpote cujus illecebris jam pridem sim inescatus, devinctusque ut abſistere non sit liberum, sentio tamen currenti calcar addi cum tuo atque aliorum Geometrorum calculo probari video prima tyrociniij mei specimina. Quod posteriorem libelli partem non aequè probas aliquantum praeter opinionem mihi evenit, sed non omni adhuc spe decidi fore ut argumentis rite pensitatis tandem sententiam mutes; miror autem si quid reperisti quod reprehensionem apud te incurrerit, cur nihil tale in epistola prodere volueris. neque multo major expectatio me tenet videndae defensionis tuae quam quo loco vel qua pagina me hallucinatum arbitreris intelligendi. hoc tribus modo verbis significa quaeso, nullo enim tuo incommodo, potes eam operam concedere. Apologiam deinde universalem patienter expectaturo. Quam tamen longa sit procrastinatio vide si non ante eam habituri sumus quam motas ab omnibus alijs difficultates in unum collegeris, quae quotidie novae suborientur. Sed tua res magis atque existimatio in acceleratione versari videtur quam mea, ideoque quid faciendum sit pro prudentia tua tibi discernendum relinquam. De mittendo Exemplo ad Reverendum Patrem della Faille non amplius molestus ero, promissit enim et quidem sponte operam suam obrulit D. Seghers, qui non hic tantum me voti complotem facturus est, verum et Lovanium ad Patrem Tacquet et in Hispaniam ad Patrem Claudium Richardum notum sibi atque amicum, chartulas meas pervenire faciet ²⁾. Foelix mihi videbor hisce lectoribus quibus et iudicibus facile acquiescam si de controversia nostra sententiam ferre voluerit. Absit autem ut commercium inter nos ejus de causa intercidat. Ego quidem quoad potero durare faciam et quanquam illum disputationi inceptae


¹⁾ Voyez l'opuscule cité dans la Lettre 111.²⁾ Voir la Lettre N^o. 115.

posthac inservire maximè exoptarem, tamen si aliter videbitur, scribam posthac quae tibi gratiora putabo. Si inventionibus Geometricis meis delectaris non facile materia deficiet. Unam hic adscribam natam ante paucos dies, nullus enim sine linea praeterlabitur. Est autem compositio Problematis Archimedei cui multos ex antiquitate Geometras et te quoque incubuisse video, datam sphaeram plano in data ratione fecare. Scribam autem nunc constructionem solum ut quanto compendio ea perficiatur confideres: demonstrationem additurus si te expetere eam intellexero, est enim longiuscula.

N^o 119.

CHR. HUYGENS à [GREGORIUS à St. VINCENTIO.]

Appendice au No. 118.

La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.

Esto sphaera, cujus centrum M, et data proportio quae est lineae R ad S.

Sec̄ta intelligatur sphaera per centrum plano, eaque sectio fit circulus ABCD cujus diametri se invicem ad angulos rectos secantes, funto AC, BD. Dividatur AC in A¹), ut sit sicut R ad S ita CE ad EA, deinde producat̄ur DB, et sit BF aequalis radio BM, et ad axem FB vertice F describatur parabola FG cujus latus rectum ipsi FB aequale. Porro junctis punctis E, F, describatur centro E radio EF circumferentia circuli FG, quae ubi parabolam descriptam proxime

verticem secabit in G, inde ducatur GKL, parallela FD, et secetur sphaera plano secundum KL, quod rectum fit ad planum ABCD. Dico portionem KAL ad KCL portionem, habere rationem quam R ad S.

¹) Lisez: in E.

N^o 120.

A. TACQUET à D. SEGHERS.

6 FÉVRIER 1652 ¹).*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.*

BEMINDEN BROEDER IN DEN HEERE

Ick bedancke VE grootelyckx van het boexken ²) dat VE my gefonden hebt. Ick hebbe daer veele schoone inuentien in bemerkct de welcke my noch veel meer andere doen verwachten van dit verstant. Verwachte d'occafie om VE te dienen, ende beuele my feer in uwe goede gebeden.

Leuuen. 6 febr. 1652.

VE Dienaer in Christo

AND. TACQUET.

Charissimo Fratri in Christo DANIELI SEGERS Societatis Jesu religioso Antuerpiae.

N^o 121.

CHRISTIAAN HUYGENS à [D. SEGHERS].

[20 FÉVRIER 1652 ¹).*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.*

Ick soude aen VE al over langh van de exemplaren van mijn boexken toegefonden hebben, ten waer mij de hoop van haest open waeter te hebben sulx van dach tot dach hadde doen uytstellen. nu schijnt het dat de vorst weder van nieuws aengaet, om wiens endt afte wachten mij de patientie te kort komt, soo dat ick VE dese exemplaren noch gedwonghen ben over landt te senden en daerom ongebonden al hoewel ick 't wel anders gewenft hadde. maer het heeft mij soo beter gedacht om kleinder packagie te maecten; En voor soo veel aengaet die noch verre reijssen te doen hebben, sij sullen so maer te bequaemer daer toe sijn. Ick send oock de twee

¹) Cette lettre donna lieu à la correspondance entre Christiaan Huygens et le Père Tacquet. Voir la Lettre N^o 133.

²) Ce sont les Théoremata de Quadratura Hyperboles ellipsis et circuli, et Exetasis, de Chr. Huygens.

¹) Avec cette lettre il envoya les 5 exemplaires de son *ξξρασις*. (Voir la Lettre N^o 115.) Le 15 mars, il lui écrivit encore une lettre que l'on n'a pas retrouvée. [Adversaria de Christiaan Huygens.]

die Pater Gregorius noch begeert heeft, en soo VE noch meer van doen heeft sal die gheeren bestellen, want ick het meeste vermaeck van diergelijcke inventien geniet als ick die aen mijn geleerder magh mededeelen. Het sijn alle voorneme lieden in dese wetenschap, daer VE dese exemplaren aen gedestineert heeft, soo dat ick die tot mijn groote avantage sal gedistribueert achten, soos aen de selve wel ter hand komen moghen voornemelijk dat van Pater della faille, die ick in groote achtginghe hebb, en langh gewent aen hem bekent te sijn, meer als aen ijemant anders. Pater Gregorius antwoordt mij seer beleefdelijk als oock Pater Sarasa maer noch niets op mijn argumenten. wat hier naer geschieden sal, sal ick met patientie moeten afwachten doch sonder groote bekommeringh. Ondertusschen heb ick veel obligatie aen VE voor de sorghe en moeyte tot noch toe gecontinueert int onderhouden van onse correspondentie, en wensse occasie te vinden om te thoonen hoe seer ick ben

MIJN HEER

Uw Ed. ootmoedigen Dienaer
CHRISTIAEN HUYGENS.

N^o 122.

CHRISTIAAN HUYGENS à [GREGORIUS A ST. VINCENTIO].

[15 MARS 1652] ¹⁾.

*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.
Gregorius a St. Vincentio y répondit par le No. 125.*


*Sommaire: Quando absolutum, demonstratio missa.
Vereri longe, ne quis cognoscere velit.*

Non memini me questum esse superioribus literis uti scribis, sed causam cur id facerem non desuisse scio, cum plurimum expectationem meam frustratus fuisset. Sed ne nunc quidem quidquam quod ad rem faciat respondi, et vereor nullum adhuc errorem meum commonstras Vir Clarissime sed longam impropterum responsonem promittis. at valde metuo ne rem ipsam et motam à me difficultatem relinquens, differas potissimum de fundamentis ijs quae nova in geometriam introducis. Quod si me nihil egisse ostensus es, non arbitror id fieri posse nisi quadratum circulo aequale exhibeas, quod haecenus tantum fieri posse demonstrasti, etiam cum omnia tibi conceduntur. Quem autem hominem speras inventa tua perfecturum unquam si id ipse nequiveris qui tanto tempore in ijs versaris? Nimis me vellem haec et alia coram te interrogare posse nam per epistolas disputare longum est.

¹⁾ Dans les Adversaria nous lisons: Avec demonstration sphaera sectionis. Nous n'avons pas retrouvé cette démonstration, promise dans la lettre N^o. 118.

Unum autem hoc me certiorum facito, in quod tempus defensionem tuam expectare jubeas. Quousque tandem abuteris patientia nostra, Marcus Tullius dixisset. Ego vero minime sum impatiens neque unquam expostulabo tecum sed amicitiam colam quamdiu per te non steterit. Ecce demonstratio ejus compositionis quam tibi nuper explicavi. Primum ostendendum est. . . ²⁾

Responsum tuum adhuc patienter expectamus Vir Clarissime cui conscribendo quum te intentum credam minus frequenter interpello. Sed quia demonstrationem petijsti, constructionis ejus quam nuper explicaveram volui eam hic tibi describere. Sic autem se habet. Primum scilicet Problematis ejusdem compositionem longe faciliorem nuper adveni et tam bellam ut gratis tibi impertiri eam non inducar, at




hoc praetio habere poteris si tribus verbis rescribas. Quoties ratio 53 ad 203 contineat rationem 5 ad 11, secundum sensum propositionis tuae 44ae Libri 10. Nihil esse potest aequius quam ut problemata problematis contra veniant? Prostat apud me alia insignis inventio unius è locis planis Apollonij quos Pappus libro 7 refert, ego vero omnes pene resolvi. Is quem dico est ejusmodi.

Datis AB, AC. AD ∞ $\frac{1}{2}$ AC.

AE ∞ AD. EF perpendicularis, AF ∞ DB. BG ∞ EF. GHK est linea, GH ∞ AK.

Ista circumferentia quomodo inveniat, si vis tibi ostendam at nunc corollarium hoc quod inde deduxi accipe.



tij quadrati à diametro BF.

Triangulo dato ABC si è puncto quod ipsius centrum gravitatis est quilibet circulus describatur, atque ex quolibet circumferentiae puncto ducantur ad angulos trianguli rectae EA, EB, EC, trium harum quadrata semper eidem spatio aequalia sunt. Ei nimirum quodhiscè simul aequale est, triplo quadrati à semidiametro DE, dimidio quadrati basis AC et duabus ter-

²⁾ Ici se termine la minute d'une lettre commencée par Chr. Huygens. La copie ne contient que les lignes qui suivent et qui constituent une nouvelle lettre, destinée évidemment à remplacer la première, dont le commencement paraît ne pas avoir satisfait l'auteur.

N^o 123.W. BRERETON ¹⁾ à CHRISTIAAN HUYGENS.

29 MARS 1652.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.

AMICE HONORANDE.

Consuetudo nostra Bredana, licet tam frequens non fuit, ut familiaritas dici debeat, tuas tamén egregias animi dotes mihi ita notas fecit, ut (earum causâ) iustè, tuam amicitiam permagni facere, & possim, & debeam. (Earum causâ, dico) Quia nemini cupiam haberi amicus, nisi quem virtute suâ alijs praelucere videam, sicut inter stellas Luna minores. Talem verò te esse, pro indicijs habeo certissimis; quod isti scientiarum generi, animum tuum applices, quae caeteris longè praestantiores sunt, & si qua est certitudo, omnium procul dubio certissima: Mathematicis nempè. Quorum claves nactus, nihil iam te latiturum videtur, quod in illis continetur; (si modò ex praeterito successu, liceat de futuro conijcere). Quod in Mathesi quò minus fiat, nullam causam video; Quum ex ijsdem principijs, omnes eius etiam difficillimae Propositiones oriantur, ideoque, principia ista, summâ curâ observantem, certoque ordine prosequentem, latère nequeant. Tam magnificam autem meam de te opinionem confirmârunt viri multò me oculatioris, Cavendissius ²⁾ nempè, & Hobbius ³⁾, (quos Pellio contrâ Longomontanum ⁴⁾ adstipulari, in libello, de istâ controversiâ edito ⁵⁾, vides) lecto libello tuo, quem a

¹⁾ William Brereton, membre de la Société Royale, mort en 1697, a été à Bréda un compagnon d'études de Chr. Huygens; rentré en Angleterre il semble avoir eu une correspondance souvent interrompue avec celui-ci, nous verrons dans la suite quelques lettres de lui. Les réponses de Chr. Huygens nous sont restées inconnues.

²⁾ Sir Charles Cavendish, qu'on rencontre souvent dans les correspondances de cette époque, était frère unique du Marquis de Newcastle.

³⁾ Thomas Hobbes, le célèbre philosophe, naquit à Malmesbury (Wiltshire) le 5 avril 1588 et mourut le 4 décembre 1679 à Hardwicke.

⁴⁾ Christian Severin Longomontanus naquit à Longberg (Danemarck) en 1562 et mourut à Copenhague le 8 octobre 1647. Fils d'un laboureur, puis disciple et aide de Tycho Brahé, il retourna en 1600 dans sa patrie et devint (1605) professeur de mathématiques et d'astronomie à Copenhague.

⁵⁾ La lettre citée de Hobbes se trouve aux pages 49—51, celle de Cavendish aux pages 62, 53^a de l'ouvrage suivant.

Controversia de verâ Circuli mensurâ Anno c1651 exortae, inter Christianum Severinum Longomontanum, Cimbrum, Superiorum Mathematicum in Regiâ Danorum Academiâ Hauniensi, Professorem publicum et Ioannem Pellivm, Coritano-Regnum, Anglvm, Matheseos in Illustri Amstelodamenivm Gymnasio, Professorem publicum. Pars prima. Amstelodami, Apud Ioannem Blaeu. clc1651. in-4^o.

A la page 63 on a un nouveau titre:

Controversia inter Christianum Longomontanum & Ioannem Pellivm, De Vera Circuli

Fratre tuo optimo acceperam, & illis detuleram. De quo libro licet nondum iudicium ferre possim, quum multas adhuc propositiones ignoro, quarum praecognitione opus est ad tuorum Theorematum examinationem, apud me tamén fervare constitui, continuoque ante oculos habere, utet instar calcaris fit, quod me ad praecleara illa studia urgeat; (quum videam, ad tam altas & reconditas veritates, pervenire posse iuvenes) nec è memoriâ meâ finat abire promissum, quo me obstringo, fore ad omnia amica officia tibi praestanda paratissimum

Londini, Martij 29^o 1652.

Stylo novo

GULIELMUM BRERETON.

Cognatum tuum Eyckbergium ⁶⁾, rogo meo nomine salutes.

Nobilissimo, Praestantissimoque CHRISTIANO HUGENIO de ZUYLICHEM,
Hagae-Comitis.

N^o 124.

D. LIPSTORP à CHRISTIAAN HUYGENS.

I AVRIL 1652.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.**Χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.*

Vir Clarissime, et acutissime, generis splendore Nobilissime.

Anxia diu mecum deliberatione agitavi, utrum citra audaciae notam fas esset Te liberius compellare, sed vicit cunctationem amor, et affectus erga Tuam Clari-
tatem, quò bonorum omnium vota concordantibus conspirant suffragiis. Etenim ab

mensura, ubi Defectus Canonis Trigonometrici, sub initium ejusdem, ostenditur. Havniae 8 Calend. Junii, Anno mdcxlv. Literis Viduae Salomonis Sartorii. in-4^o. avec Appendice.

Cet ouvrage est de la main de Pellius, et sert de réponse au suivant:

Christiani Severini Longomontani, Cimbrici, Rotvindi in Plano, seu Circvli abfolvta Mensura. Duobus libellis comprehenâ, quorum Prior veram constitutionem Peripheriae Circuli synthetice perficit, & mox hujus ad Diametrum rationem. Posterior Geodesiam Rotundi in plano analytice abfolvit, hujusque ut et partium ejusdem cum adscriptis Rectilineis omnis ferme generis permutationem adequatam in lineis pariter ac Numeris ostendit. Amsterdami, Apud Iohannem Blaeu. c1651. in-4^o.

⁶⁾ Gijbert Eickbergh, fils unique de Johannes Eickbergh, mourut le 15 mars 1660. Il était ami de Christian Huygens et fréquenta avec lui l'Académie de Bréda.

eo tempore, quo primum tua eximia et rara matheseos specimina, nunc in augustissimo famae theatro ubique collocata, mentis oculis penitus introspecti, in amore Te ac deliciis habui, Teque potissimum tanquam exemplar omnis virtutis et specatae eruditionis mihi proposui, utinam felici augurio! Postquam vero è Clarissimo domino Schotenio, Amico nostro communi ac integerrimo, Tuae Claritatis candorem, et propensum erga omnes verae sapientiae studiosos affectum, potissimum erga illos, qui Cartesianis Manibus meritis honores deferunt, cognovi, nihil magis in votis habui, quam ut liceret mihi aliquo officio Tuae Claritatis amicitiam et benevolentiam provocare, quâ si dignum me iudicaveris, faciam ut omnes intelligant, me nullius amicitia magis superbire, quam Tuae Nobilitatis. Illam autem propter communia studia me facile assequiturum confido, nempe propter Analyticos Speciosae amorem, cui Tuam Nobilitatem deditissimam ¹⁾ esse, quaque adminiculante admiranda cottidie Te patiari, facinora, omnes cordatiores norunt. Eandem ego tanta fidelitate, tanto fervore à Clarissimo domino Schotenio haecenus hausi, et adhuc dum haurio, ut mihi sequentium annorum decursu largam exinde messem, et Tuae Nobilitatis exemplo excitatus, honestam mihi ambitionem, gloriam nempe apud Tui similes cordatiores viros pollicear. Si tamen unquam eò me pertingere posse auderem sperare, quò Tua Nobilitas felici molimine iam pervenit. Sed ut desint vires, in magnis tamen voluisse fat erit, et tua nihilominus trophaea, non secus ac olim Miltiadis Themistocli, somnum meis oculis excutient. Quodsi nihil amplius officere possum, annitar tamen in id omni ope ac studio, ut dignus Tuae Nobilitatis admirator et amicus existam. Interea, ne tibi multis verborum lenociniis gravis sim, aut tuis sublimioribus musis infestus, hic desinam, ubi prius maiorem in modum à Te, Nobilissime Vir, contendero ut eo candore et affectu, quo antehac aliorum labores aestimavisti, meos quoque liberales conatus tenuia genuinae Philosophiae specimina ²⁾ suscipias, nec doni, sed animi aestimatione tenui munus metiaris. Ego enim cum ob virtutem morumque temperiem, tum eruditionem Te et colere iam coepi, et colam; *dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.* Quod si hocce exiguos conatus Tibi, Virorum Nobilissimo, et his literis inprimis imbuto non displicitura intellexero, est quod gaudeam, et de quo mihi valde gratuler. Ego demum te Nobilissime Vir, Supremi Numinis patrocinio ad prosperissimos omnium rerum eventus commendo, teque diutissimè salvere iubeo.

Vale et Pave
Tuae Claritatis et Nobilitatis
observantissimo
DANIELI LIPSTORPIO.
Art. lib. mag.

Dabam Lugduni Batavorum ³⁾ an.
aero vulgaris 1652. Kal. Aprilis.

¹⁾ Lisez: deditissimam.

²⁾ Copernicus redivivus, seu de vera Mundi Systemate Liber Singularis VI Disputationes, Auth. Dan. Lipstorp, Rostock. 1652. in-4^o; réimprimé à Leiden en 1653. in-4^o.

³⁾ En cette année il habita Leiden et fut inscrit étudiant en philosophie, le 4 juillet.

A Clarissimo et Optimo domino Schotenio plurimam Tuae Nobilitati salutem adscribo. Quod si otium sit Tuae Nobilitati paucis verbis suum mihi affectum vicissim obfignare, poterit modo domino Schotenio literas mittere.

In legendo ut Tua Nobilitas errata in frontispicio libri notata praemittat, vehementer rogo.

VIRO Nobili. et Praecellenti DN. CHRISTIANO HUGENIO,
Geometrae et Philosopho acutissimo, Domino, et FAVORI plurime
colendo

In

S'gravenhaag.

N^o 125.

GREGORIUS A ST. VINCENTIO à CHRISTIAAN HUYGENS.

6 AVRIL 1652.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Elle est la réponse au No. 122. Chr. Huygens y répondit par le No. 173.

GREGORIUS A S. VINCENTIO CHRISTIANO HUGENIO. S. P. D.

Miraberis fortassis, quo consilio distulerim in hoc tempus, tuis respondere. Vnum rogo, id eo sine factum non fuisse credas, quod paruo tener desiderio, videndi faciliorem eiusdem problematis compositionem, de qua vltimae mentionem fecerunt: et quod animus occupationibus distentus, quae a Geometricis alienae sunt, formidaret contractiores horas, quam requirat genius Geometricus: Gratis mihi impertiri renuis potioram illam methodum tuam, pretiumque adiungis, vt exhibeam tibi, quoties ratio 53. ad 203. contineat rationem 5. ad 11. secundum sensum propositionis 44. libri 10 a me editi. Quaesitum hoc, aliquam sollicitudinem arguere videtur, a qua liberum te vellem. Expectas vt libello tuo respondeam, fiet, Deo propitio & vita comite; nec solum ad dubia quae vulgasti, sed ad omnium, qui primam quadraturam non ex mente mea perceperunt. Quaesio sollicitudinem hanc in me conijce, quae cum me minimè premar, nec eos sollicitos reddere conuenit, qui difficultates suas proferendo, occasionem praebent, vberioris lucis extorquendae. Difficile fuit, materias vsque adeo intactas ad methodum doctrinae ita concinnare, vt omnium ingenii, et iudicij fieret fati.

Ne tamen de pretio fraudare aliquid videar, ad quaesitum tuum respondeo vniuersaliter. Datis duabus rationibus quibuscunque, toties maior continet minorem,